

IACOBVS MILICHIUS PROFESSOR VVITEBERGENSIS.



Iacobus Friburgi Brifgaudiæ honestis parentibus natus, & optimè educatus fuit. Cum autem à pueris operam litéris daret, atq; artium fundamēta in patria feliciter iecisset, sese Vuitebergam contulit, atq; magna diligentia philosophiæ & Mathematicis disciplinis incubuit. In ijs cum plurimū profecisset, procerum Academiæ uoluntate inter professores assumptus, atq; Mathemata & Philosophiam publicè profiteri iussus fuit. Interea quoque Iacobus Medicinam excoluit, atq; eius facultatis magnum sibi usum comparauit. Scripsit insuper Iacobus commentarios in librum secundum Plinij de historia mundi, atq; Astrologiæ dignitatem luculenta oratione proposuit. Postea quoq; Galenii uitam descripsit, atque artis Dialecticæ uerum usum ostendit. Cum hoc modo Iacobus Vuitebergæ Philosophiam doceret, atq; etiam ingenij sui uires uarijs lucubrationibus declarat, factum est ut sibi magnam gratiam conciliaret, atq; omnibus gratissimus Vuitebergæ esset. Con. Lycost.